



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Nullus humor ab aqua specie distinctus. n. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Baptismum secundum omnes , Aqua maris ,
putei , fontis , lacuum , fluminum , rivulorum :
item pluvialis , roris , resoluta ex nive , pruina ,
grandine , glacie : item thermarum , acidulæ ,
salinæ ; item lixivium percineres fusum , prodia ,
quibus carnes vel pisces lavantur , dummodo
de aliena substantia non sit tantum permixtum
ut spissa aut ad fluendum ineptæ reddantur .
Omnia enim hæc , sive calida sive frigida sunt ,
clara aut turbida , vel cujusque coloris existantur ,
in substantia aquæ naturalis rationem habent ,
nec propter admixtionem alienarum substanciarum speciem veræ aquæ amittunt .

20.

R E S O L U T I O tertia : Nullus humor
specie ab aqua distinctus , ut vinum , lac , san-
guis , pituita , urina ; Item aquæ artificiales &c
olea ex herbis , radicibus , lignis aut metallis per
expressionem vel distillationem extracta ; Item
etiam aquæ naturales , ita tamen alterationi-
bus mutatae , ut manifestè alterius speciei factæ
esse censeantur , ut cerevisia bene præparata ,
saliva : Item in quibus propter admixtionem
alius humor prævaler , ut vinum parum lym-
phatum ; Item aqua in spongia vel alio corpore
raro inclusa , quandiu sic includitur : Item g'as-
ties , nix , grando priusquam resolvantur , est
materia insufficiens . Ratio est : quia omnia hæc
vel aqua vera non sunt , vel aquæ usum præstare
nequeunt .

R E S O L U T I O quarta : Humores , de
qui ,

quibus inter Doctores controvertitur, sicut ne
21. vera aqua, sunt materia dubia, non adhibenda,
nisi in casu necessitatis & animae periclitantis,
idque nunquam sine conditione. Hujusmodi
secundum aliquos sunt aqua ex sale resoluta, a-
qua vitis, aliarumque arborum, cerevisia le-
viter decocta, &c. Ex his facile resolvuntur
seqq. Conferentiae.

CONFERENTIA II.

22. **N**atus infans periclitatur de vita conservan-
da, & quia alius liquor non adest, accipit
Parens Atramentarium, illudque effundit su-
per eius corpusculum cum solita forma; Que-
ritur non immerito, an denigrato corpusculo
fuerit dealbata anima?

R. Cum P. Geb. tr 2. cas. I. n. 32. Atramen-
tum esse aquam nigrum (consci enim solet ex
aqua & Aloe) ergo sicut Aquâ turbita ex Luto
expresla est apta materia Baptismi in necessitate
ita & Atramentum, nisi forte ex alio liquore
fuerit confectum.

CONFERENTIA III.

Ser in 4. dist. q. 2. pro Regula ponit sequen-
tia: Quando possilitas adest, via tutissima
eligenda est, si non adest Possibilitas, via tutis-
simæ proxima tenenda est, cessante impossibi-
litate oautè est supplen'tum id, quod impos-
sibilitas prohibebat: sed quid sibi volunt ista;
R. Doctorem velle dicere, in casu necessitatis
quamlibet aquam sufficere, purioram tamen &

Em.